



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]c[t]io. ij

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Q Nocte. xxxij. Lecto. i.

Redidit abram deo. et reputatum est illi ad iusticiam. Dixitque ad eum. Ego dominus qui eduxi te de babilonia deorum ut darem tibi terram istam et possideres eam: at ille ait. Domine deus: vnde scire possum quod possessurus sum eam. Et respondit dominus. Summe mihi inquit vaccaz triennem et capram trimam et arietem annorum trium: turturam quoque et columbam. Qui tollens universa hec: divisit ea per medius: et utrasque partes contra se altrinsecus posuit. Aves autem non divisit. Descenderuntque volucres super cadauera: et abigebat eas abram. Tu autem. Lecto. ij.

Q unque sol occuberet sopor irruit super abram: et horror magnus et tenebrosus inuasit eum. Dictumque est ad eum. Scito prenoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua et subiciet eos servituti: et affliget quadringentis annis. Verum tamen gentem cui servituri sunt ego indicabo: et post hec egredietur cum magna substantia. Tu autem ibis ad patres tuos

in pace sepultus in senectute bona. Generatione autem quarta revertetur huc. Necdum enim complete sunt iniquitates amorreorum usque ad presens tempus. Tu. Lecto. iij.

Q um ergo occubisset sol: facta est caligo tenebrosa: et apparuit clibanus fumans: et lampas ignis transiens inter divisiones illas. In die illo pepigit dominus fedus cum abram dicens. Semini tuo dabo terram hanc a fluvio egypti usque ad fluviu magnum eufraten: cineos et ceneseos cethmoneos et etheos et pbereseos raphaim que et amorreos chananeos et gergeoseos et ieuseos. Tu.

Nocte. xxxij. L. i. Gen. 16.

F itur sarai uxore cap. or abram non genuerat sibi liberos: sed habes ancillam egyptiam nomine agar: dixit marito suo. Ecce concludit me dominus ne parem: ingredi ad ancillam meam: si forte saltem ex illa suscipiam filios. Cuique ille acquiesceret deprecanti: tulit agar egyptiam ancillam suam post annos decem que habitare ceperat in terra